



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 25. Apostoli sparguntur in diversa. Evangelium S. Matthæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I. solitus stupor invasit, quid Petro factum
 A. C. 42. esset; audiens autem Herodes eum non
 inveniri, illos supplicio affecit.

An. 42. Creditur aliquanto post hæc vincula,
Euf. 3. hist. Claudii Imperatoris anno secundo, Jesu
1. ex Orig. 3. Christi 42 Petrus venisse Romam, ibi
in Genes. que sedem posuisse; postquam septem
Euf. Chron. annis Antiochiæ sedisset, & prædicasset
an. 43. Judæis dispersis per Pontum, Galatiam,
Hieron. de Cappadociam, Asiam, & Bithyniam. Pro
script. & se reliquit Antiochiæ Discipulum suum
Gal. 2. 11. Evodius, qui 26 annis illam rexit Eccle-
Euf. 11. siam. Venit autem Petrus Romam, co-
hist. 13. mitantibus eum Marco, & pluribus aliis
Justin. ap. 2 Discipulis, ut oppugnaret Simonem Ma-
p. 69. Iren. gum, qui cum ipsi fides in Palæstina ul-
l. 1. c. 20. tra non haberetur, Romam venerat, ibi-
Euf. 2. c. 13. que ob operationes magicas tantæ erat
v. Bar. ann. admirationi, ut pro Deo coleretur, ei-
44. n. 13. que in Insula Tiberis statua fuisset posita,
 cum inscriptione: *Simoni Deo sancto.*

§. XXV.

*Divisio Apostolorum. Evange-
 lium S. Matthæi.*

Ruf. præf. Circa idem tempus factum creditur,
in Symb. ap. ut Apostoli dividerentur ad prædi-
Hier. to. ult. candum Evangelium in universo mundo.
Hier. ad Ante separationem composuerunt Sym-
Pam. ep. 61. bolum, id est fidei compendium, quo
c. 9. infr. Fideles a Judæis, & hæreticis discerne-
 bantur;

bantur; ideo illud viva tantum voce docebant, & pluribus sæculis non erat licitum illud scribere. Unde factum, quod formulæ differrent in diversis Ecclesiis. Erat hoc Symbolum Christianis, quod in bello militibus tessera.

In diversis ergo Regionibus prædicare Apostoli, prout a Spiritu S. ducebantur. Sanctus Joannes filius Zebedæi in Asiam minorem venit, plerumque Ephesi habitans, apud se habens S. Mariam Virginem Matrem Jesu. Ecclesiam Ephesiorum S. Paulus fundaverat, ibique S. Joannes reliqua vita mansit, nempe usque ad primi Sæculi finem, nam quæ de divisione Apostolorum diximus, non omnia eodem tempore contigerunt. S. Joannes præterea alias Ecclesias in Asia fundavit, & rexit, nempe Smirnæ, Pergami, Thyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ. Ajunt usque ad Parthos penetrasse, unde prima ejus Epistola olim eorum nomen gerebat, tanquam ad eos directa.

S. Andreas missus est ad Scythas, unde in Græciam, & Epirum transiit. S. Philippus in Asia superiore evangelizavit, tandem Hierapoli Phrygiæ martyrium passus, annos natus octoginta. Plures habuit filias; quarum duæ, servata virginitate, ad ætatem grandævam pervenire, & cum Philippo in eodem loco sepul-

Sæculum I.
A. C. 42.

Euf. 3. hist. c. 1. ex Orig. 3. in Gen. Conc. Eph. Act. 1. ep. Synod. pag. 574. Iren. 1. 3. c. 3. Tertul. 4. cont. Max. c. 5.

Orig. 3. in Gen. ap. Euf. III. hist. c. 1. Greg. Naz. or. 25. p. 438. Pap. ap. Euf. III. hist. c. ult. Polyc. ibid. c. 3.

Sæculum I. sepultæ, ibi resuscitaverunt mortuum.

A.C. 42. Alias duas in matrimonium collocavit; harum una post actam sancte vitam Ephesi terræ mandata. S. Thomas ad Parthos ivit, & usque ad Indos. S. Bartholomæus venit in majorem Armeniam, estque indubitatum, eum in illis Indiarum partibus prædicasse, quæ nobis proximæ sunt; illuc etiam Evangelium S. Matthæi intulit, quod omnium primo scriptum est. Difficillime vero Matthæus, ut scriberet, induci potuit; sed cum ad alias nationes pergere pararet, postquam evangelizaverat Judæis, eorum precibus flexus, scriptum a se Evangelium eis reliquit, suæ absentiae solatium, idcirco hebraice scripsit, id est lingua tunc Judæis in Palæstina vulgari, quæ non erat antiqua Hebræorum lingua, sed Syriaca dialectus. Hoc Evangelio etiam alii Apostoli usi sunt, nam S. Jacobus frater Domini id Jerosolymæ explanabat. S. Matthæus Evangelium prædicavit in Æthiopia; abstinentiæ erat insolitæ, carnes non manducans; sed leguminibus, seminibus, stolonibus vitam sustentabat.

Athan. in Synop. p. 155.

S. Simon Cananæus, five zelator, in Mesopotamia, & Persia verbum Dei disseminavit. S. Judas alias Thadæus in Mesopotamia, Arabia, & Idumæa. S. Mathias in Æthiopiam delatus est; de hoc ultimo duo monita memorabilia referun-

feruntur; unum: *magni facias, quæ sunt præsentia*; id est: *bis contentus esto*. Alterum: *Si vicinus alicujus Christiani, & Fidelis peccet; Fidelis peccat*; quo volebat innuere, peccantem proximum solo Fidelis bono exemplo posse converti. Hæc sunt, quæ de missione Apostolorum certa tenemus scientia.

Sæculum I.

A. C. 42.

Clem. 2.

Strom. p.

380. 1.

Strom. 748.

§. XXVI.

Historia Reginae Helenæ, & Izatis filii ejus.

Fame, quam Propheta prædixerat, Judæos vexante, iisdem quædam Regina nomine Helena multum opis tulit. Venerat illa ea tempestate Jerosolymam, ut videret Templum, Deum adoraret, & offerret sacrificia in gratiarum actionem. Erat Monobasi Regis Adiabenes vidua, Izatis Mater, qui tunc temporis in illa Provincia in confiniis vastorum Regnorum Romani, & Parthici sita regnabat. Izates, dum Pater viveret, apud vicinum Regulum fuerat educatus; mercator quidam Judæus, nomine Ananias, aditu sibi ad hujus Principis mulieres patente, eas servire Deo more Judæorum docuit. Harum ope mercator Izati Principi cognitus, etiam eundem Profelytum fecit.

Act. 11. 28.

Jof. XX.

ant. c. 2.

Mono-